



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reveren-||dissimi In Chri-||sto Patris Et Domini, Domi||ni
Hermanni sanctæ Colonien[sis]. ecclesiæ Archiepiscopi,
Principis || Electoris, Westphaliæ & Angariæ Ducis &c.
Iurisdictio-||nis ...**

Hermann <V., Köln, Erzbischof>

Coloniæ, 1529

VD16 ZV 26551

De caeteris Aduocatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30917

STATUTA

DE FISCALIBVS

Fiscales statuta domini Theoderici, aliorumq; nostrorū prædecessorum obseruent. Processum in contradictorio iudicio, non nisi de consilio Aduocati Fisci incipiant, quo etiam frequenter vtantur, ne ex incuria processus nullitatis argui contingat:

DE CAETERIS AD VOCATIS.

.I. Clientes non instruant ad tegendam vel occultandam veritatem.

.II. Quod si aliqua per incuriam vel ignorantiam, vel alias non admittenda temere subscripserint aut eorum uitio pars propter commissam nullitatem in institutione actionis succumbat, teneantur parti læsæ ad refusionem expensarū, & refectionem damni, & seruent statutum Roperti ultimum.

.III. Causas commissas post præsentationem Actorum infra duos menses, sub pcena restitutionis sportularum expediant, nisi grauitas causæ Officiali significanda aliud desideret.

.IIII. Aduocati & Procuratores pauperibus paupertatem iuramento affirmantibus, gratis inseruiant: quod si plures pauperum causæ occurrant, eas Officialis inter Aduocatos & Procuratores distribuat, ne vnus plus alijs grauetur. Volumus etiam, quod quibuscumque litigantibus, iustas tamen causas habentibus contra quoslibet, cuiuscunque etiam status & dignitatis sint, requisiti fideliter inseruire teneantur.

DE PROCVRATO RIBVS.

.I. Quod se non intromittant de his quæ pertinent ad Aduocatos, conficiendo libellos, articulos, & alias materias iudicialiter exhibendas.

Nusquam